# Electronic Manipulus florum Project
# www.manipulusflorum.com

## Predicacio ar
### cum uariis

Nequaquam debent homines in etate infirma predicare quia sermo doctrine non suppetit nisi in perfecta etate. Redemptor noster cum celi sit conditor et angelorum doctor ante tricennale tempus in terra magister noluit fieri hominum, ut uidelicet precipitatis uim saluberrimi timoris infunderet, cum ipse eciam qui labi non posset, perfecte uite graciam non nisi perfecta etate predicaret.

Gregorius in pastorali et super Ezechielem omelia II.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

debent] deberent B; uidelicet] scilicet C; in pastorali et *om.* $V^2$ $L^1$ $L^2$; et *om.* P $V^1$